

e la venuta tra
breve del Castani.

Vorrebbe che San-
to potesse rimaner
nell'attuale suo in-
carico, quantunque
ei dia segno, da uo-
mo savio, di non
curarsene molto.

A questo scopo
interporrà per lui
i propri uffici mo-
destamente.

Lo esorta di nuo-
vo a venire a Pa-
dova, dove molti,
e soprattutto lo Za-
barella, desiderano
conoscerlo;

se no, ei stesso
andrà a Venezia
verso Pasqua.

Infine chiede un
avviso intorno al-
l'arrivo del Cae-
tani.

quod patriarcham propediem venturum in provinciam suam nun-
tiarent^(a), que res multas seditiones et suspiciones et simultates^(b)
sedabit. cuperem plurimum ut is in officio atque honore, quo
nunc^(c) est, persisteret et esset illi vicarius, quanquam ipse non
magnopere desiderare hoc videatur. in quo quidem prudenter 5
facit, ut in^(d) ceteris solet; nichil enim sapiens desiderat quod
prestare sibi ipsemet non possit. nam cur ipse hoc desideret qui
desiderandus est, et dignitatem cur querat, cui summa^(e) ex virtute
ac probitate dignitas sit? ego tamen^(f), pro eo quod amicitie
et sanguini debeo, cum maxime quia illi patrie quam plurimum 10
bene consuli cupio, vel presens vel per litteras orabo. nichil admo-
nebo tamen, ut, si optimum virum et prudentissimum^(g) sibi vi-
carium velit, cum ab hoc discesserit, non facile usquam reperiat.

Habuisti tu a me pridie fascis litterarum; dedi quod per^(h)
horas legeres. factum est quoniam scio id tibi gratum⁽ⁱ⁾ esse. tu, 15
si michi rem plurimum gratam facere velis, quando tam proximus
es, huc obsecro venias. hoc si a te impetro, magnum michi pre-
stitisti. videbis hic multos qui te et virtute tua et nomine meo
lete accipiant^(k), multos qui et dilexerint^(l) priusquam norint, quo-
niam ita iam effeci ut, si quis me amet, is quoque et te amet. 20
ante omnes dominus Franciscus de Zabarellis qui michi summus
est, summum te habet teque presentem videre et alloqui plurimum
optat. si non veneris, ego ad te his pascalibus ibo. scribe quid
statuas. illud quoque scribe, quando venturus est Venetias pa-
triarcha⁽¹⁾, si hoc nosti, et an digressurus huc sit, ut certam capere^(m) 25
rationem possim. vale⁽ⁿ⁾. Padue, .iv. kalendas aprilis 1395.

(a) *CRG* gratas quidem sospitatem Indicarunt-nunciarunt *ma corr. il tempo dei verbi in marg.* *G in marg. corr.* quidem in quod cum (b) *BC* multas et suspitiones et simultates *B²* multas que suspitiones et simultates *RG* multas seditiones et suspiciones (c) *BB² C om.* nunc (d) *B² CR* ut ita exter[r]is (e) *B* qui summa *B² CRG* cui summa ex virtute et dignitate probitas (f) *B* ego tum (g) Dopo prudentissimum manca il resto in *B²* (h) *RG* quoad per (i) *RG* gratissimum (k) *RG in marg.* accipient (l) *RG* dilexerunt (m) *BG* rapere (n) *R* Vale omissio il resto.

(1) Dalle deliberazioni del Senato risulta che i nunzi del patriarca si presentavano soli davanti al Senato il 4 marzo, recando seco le lettere del neo-eletto (Senato, *Secreta*, E. c. 107); ciò che è confermato altresì dall'ap- punto che si legge a c. 194 del cod. Viennese delle *Orationes* dello Zaba-